

LÁMINA 5

ESCRITURA VISIGÓTICA REDONDA

1085, enero, 25. [s.l.]

Vela Bermúdez y su hijo, Bermudo Vélaz, dan a Sancha Vélaz, hija y hermana respectivamente, los lugares de Villagatón en el alfoz de Saldaña, Villalebrini en el alfoz de Cea. y Villanova y Fontepanera en el alfoz de Boñar.

A.- A.H.N. Sección Clero, carpeta 885, pergamino 12.



(*Christus*) In *Dei* nomine, ego Uela Uermudiz et filio meo Uermudo Uelaz ad tibi filia mea Sancia Uelaz in *Domino* Deo eternae salute, amen.

Asto animo et propria nostra uoluntate ut nemo quod / te est auctu largitatis ad inrumpendum confringere uoluerit. Magnum est enim titulus donationis in qua nemo potest auctu largitatis inrumpere neque foris legem proibere, sed quid- /³ quid prona degreuerit, libenter amplectitur.

Ideoq[ue] ego Uela Uermudiz et filio meo Uermudo Uelaz, ad tibi filia mea Sancia Uelaz ut facimus a tibi kartula donationis de uilla Gatón, / et est illa uilla in alfoce de Saldania, cum omnia bona sua cum suis exitus, montis, fontis, pascuis, paudulibus, accessum uel regressum, tam in prauo quam in domito, ubi illo / potueris inuenire.

Et in alfoce de Ceia, uilla que uocitant uilla Lebrini cum omnia bona sua, accessum uel regressum, tam in prauo quam in domito, ubi illo potueris inuenire. Et in alfoce de Boniar, uilla Noua, /⁶ cum omnia bona sua, accessum uel regressum, tam in prauo quam in domito, ubi illo potueris inuenire. Et hic in alio loco fonte Panera cum omnia omnia [sic] bona sua, accessum uel regressum, ubi illo / potueris inuenire tam in prauo quam in domito, damus a tibi atq[ue] concedimus per suis terminis et locis antiq[ui]s, damus a tibi pro remedio animas nostras.

Et si in uita mea tibi aliqua occasione / a tibi contingerit, quomodo sedas de ipsas uillas abstersa; et si post obitum meum quod si tu aliqua occasione a tibi contingerit, quomodo non abeat nullus homo licentia /⁹ adprehendere ipsa hereditate. Et si dubium est, quod non credis, quod aliquis homo hunc nostrum infringere conaueri uel ad inrumpendum uenerit, inprimis sit excommunicatus et de fide catholica / separatus et anathematus, et non uideat que bona sunt in Iherusalem, et non uideat Deum faciem ad faciem, sed cum Iuda, Domini traditorae, pars supplitium accipiat in eterna damnatione, amen.

Facta kartula donationis quotum quod erit VIII kalendas februarii, era I C^a XX^a III, regnante principe nostro Adefonsus rex in Legione; in sedis Sanctae Mariae, Pelagius episcopus, Dei gratia. /¹² In Balentina, Bernaldus archiepiscopus, Dei gratia.

Ego Uela Uermudiz et filio meo Uermudo Uelaz a tibi filia mea Sancia Uela, in hanc kartula donationis manus / nostras roborauimus (signo) fecimus. Et insuper que pariat V^c libras aureas bine, qui hunc factum meum infringere conauerit.

(1^a Columna) Fernando Moniz confirmat (signo). Petro Monioz. Uela Pelagiz confirmat (signo). Xemeno Nunniz confirmat (signo). Uermudo Petriz confirmat (signo).

(2^a Columna) Qui testes fuerunt: Cidi testis (signo) roborat. Sapi testis (signo) roborat. Uellidi testis (signo) roborat.

Stephanus notuit.